

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Qualiter Christus Dominus in hoc Sacramento constituatur, præsens existat, operetur, & à fidelibus adoretur. 8

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

hoc sacramentum, quia pronomen illud modum significandi à Christo usurpatum mutat. Et idem est si dices: hic est corpus meum, sum pro hic aduerbia alter. Non enim significat consecrationem, quae ex substantia panis in corpus Christi per huiusmodi formam consecrationis sit. Neque item hoc Sacramentum conficitur, si dicas hoc est corpus Christi, quia non in persona Christi; & Christum representans sacramentum conficeret, sed relatiuē te haberes, quod institutioni obstat. Nec denique conficeres sacramentum, si dices, confero, conficio corpus Christi, vel corpus meum, quia forma huius sacramenti non in fieri, sed in factō esse præsentiam Christi significat. Sic sustinet Henrīq. lib. 3. capite 16. Suar. disput. 59. scđ. 2. Bonac. disput. 4. queſt. 3. punc. 1. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 4. cap. 3. & alij communiter.

3. Forma consecrationis vini sunt tantum illa verba: Hic est enim calix anguis mei noui, & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Varij Doctores, an omnia haec sint de essentia? Affirmat S. Thom. queſt. 78. art. 3. S. Antonin. 3. p. it. 13. cap. 5. §. 4. Sylvestr. verbo Eucharistia. 1. queſt. 6. dicit. 4. Petr. de Soto, lect. 2. de Eucharistia. Mōuentur, quia posteriora verba noui, & æterni testamenti, &c. priora determinant, & eodem tenore à Sacerdote profertur. Ergo omnia sunt de essentia. Nihilominus longe verius est sola illa verba. Hic est calix anguis mei; essentia, seu substantialia esse, quia finita illorum verborum prolatione significatur sanguinem Christi ibi esse præfitem. Ergo illis sacramentum sanguinis perfèctè conficitur, siquidem verba efficiunt quod significant. Reliqua vero verba non ut operariā præsenzia Christi usurpatur, sed ut recitationis eius effectum, & declarantia sanguinis effectum. Deinde Euangeliſta, & Paulus præcibentes modum conficiendi hoc sacramentum plurima ex dictis verbis omitunt, illis tantum retinent, noui testamenti. Ergo signum est reliqua essentia non est. Imo neque noui testamenti, cum non ad significandam sacramentum substantialia, sed illius qualitatē dicitur, scilicet ad denotandum sanguinem Christi esse sacramentum, quo nouum testamentum consumatur non pro tempore limitato, sed vique in finem mundi, cœque mysterium, quod sola fide percipi potest, effusumque esse non solum pro Apostolis, & Iudeis, sed pro Gentibus in remissionem omnium peccatorum. Addit in variis liturgiis solum prima verba sunt apposita, ut confat ex Clement. Alexandri. lib. 8. constitut. cap. 12. & 17. Ambro. lib. 4. de sacramen. cap. 5. Iustino. apolo. 2. & pluribus exornata Suar. disput. 60. scđ. 1. & Egid. de Coninch. queſt. 78. art. 2. dub. 3. concil. 1. & 2. Bonac. disput. 4. queſt. 3. punc. 2. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 4. cap. 3. assert. 2. Henrīq. lib. 8. cap. 17. & alij plures apud ipsos. Quæ autem mutatione in hac forma essentialis sit, quæ non, colligitur ex dictis numeris præcedentibus.

4. Hinc sit formam essentiale consecrationis panis, & vini proferri à Sacerdote non recitatione, & historice; tum formaliter, significative, assertive, & operatiue. Constat recitatione proferri ex ipso contextu canonis, in quo Sacerdos narrat sic Christum Dominum illa verba prouulisse. At quia illa verba non solum recitat quod Christus fecerit, sed id ipsum denuo faciunt, & operantur ea de causa etiam significative, assertive, & operatiue proferuntur. Afferunt enim, & efficiunt esse corpus Christi, quod Sacerdos suis tenet manibus, quod veritas nullatenus est, si solum recitatione essentia prolativa verba. Sic D. Thom. queſt. 78. art. 5. Egid. de Coninch. q. 78. art. 3. dub. 1. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 4. cap. 3. assert. 3. Suar. disput. 8. Henrīq. lib. 8. cap. 16. & cap. 18. Bonac. alij pluribus relatis dis. 4. 9. 3. punc. 3.

5. Sed est dubium qualiter pronomen illud *hic*, vel hic supponat. Non enim pro substantia panis, vel vini supponere, potest, siquidem falsa esset propositione affirmans substantiam panis, & vini esse corpus, & sanguinem Christi, tamē ex pane, & vino corpus, & sanguis Christi conficiatur. Neque etiam pro accidentibus panis, & vini supponere potest. Tum quia accidentia non sunt corpus Christi. Tum quia non adest corpus Christi, cum pronomen illud profertur. Neque item supponere potest pro ipsorum corpore Christi, alias esset propositione identica: Corpus Christi est corpus Christi, & ad conuersiōnem significandam omnino insufficiens. Hæc enim significari non potest, nisi prædicarum, & subiectum propositionis respiciant aliquem terminum viisque communem. Dicendum ergo est pronomen *hic* cum profertur, supponere non determinat, & in particulari pro pane, vel illius accidentibus, vel pro Christo, sed supponere confusè, & in communi pro contento sub accidentibus panis, & vini, quæ indeterminatio adueniente prædicato tollitur. Quocirca cum dicas *hic* nihil determinatum, & singulare signas, sed signas quid commune, & indeterminatum, quod sub accidentibus panis continetur, determinatur autem prædicto adueniente, ut pro corpore Christi

sti supponat. Sie D. Thom. 4. 78. art. 5. & ibi Egid. de Coninch. num. 42. Suar. disput. 58. scđ. 7. vers. quinta sententia. Henrīq. lib. 8. cap. 19. n. 1. Bonac. alij relatis dis. 4. queſt. 3. p. 4. a. n. 1.

6. Finita prolatione verborum, quæ ad consecrationem diximus necessaria esse, perit substantia panis, & vini, & corpus, & sanguis Christi sub illorum accidentibus constituitur non tanquam verum subiectum, cui accidentia inherent, sed vices subiecti gerens ea accidentia altiori, & efficaciori modo sustentando. Ob quam cauam Concilia, & Patres actionem, qua hæc omnia sunt transubstantiationem appellant, id est conuersiōnem vnius substantiae in aliam substantiam sub eodem termino. Etenim consecrationis verba cam vim, & efficaciam habent ex diuina promissione, ut eo ipso quo proferuntur, corpus Christi constituant sub accidentibus panis, & vini, ipsaſque substantias panis, & vini destruant percutere actione, qua conseruantur. Neque ad hanc transubstantiationem opus est, ut corpus Christi denuo producatur, seu reproducatur, sufficit ad ipsum corpus Christi constitendum sub accidentibus panis terminari. Ex qua terminazione adiuncta diuina promissione nascitur substantia panis, & vini destruccióne, sic transubstantiationem explicant Suar. tota disput. 61. Egid. de Coninch. queſt. 75. art. 4. Bonac. disput. 4. queſt. 4. punc. 5. & 6. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 4. cap. 3. in princ. Valsqu. latissimè disput. 181. & seqq.

P V N C T Y M VIII.

Qualiter Christus Dominus in hoc Sacramento constitutur, præfens existat, & operetur, & à fidelibus adoretur.

1. *Totus Christus est sub qualibet specie.*
2. *Mōentur Christus ad motionem specierum.*
3. *Qualiter conseruat Christus existere, dum species mutantur. Et quid de apparitionibus.*
4. *Adorari debet adoratione latris.*
5. *Debet ab solle adorari, cum non adest probabilis dubitandi ratio.*
6. *Sacerdos simulans celebrationem grauissime peccat.*
7. *Quoties sacrificium offers, vel communicas, debes hoc sacramentum adorare.*
8. *Grauissimum sacrilegium est irreuerenter tractare hoc sacramentum.*
9. *Quæ conductant ad reverentiam, & cultum huius sacramenti ex Ecclesia prescripto.*

1. *Totum Christum sub qualibet specie panis, & vini facta consecratione constituti docuit Florentin. in decreto Eugenij de Armenis, & Trident. scđ. 13. c. 3. Et colligitor ex illo Joannis 6. Qui manducat me, & ipse vivet propter me. Ex significatione tamen verborum sub accidentibus panis solum corpus Christi constitutur, & sub accidentibus vini solum eius sanguis, quia verba consecratorii haec præcisè significantur. At quia corpus Christi est sanguini, & anima, & diuinitate vniuersi, constituto corpore consequtente, & comitantur constitutur in sacramento sanguis, anima, & diuinitas, ac denique totus Christus. Et idem est de sanguine. Constitutus autem Christus, & existit sub predictis speciebus, sicuti anima rationalis in corpore, totus in toto, & totus in qualibet parte. Nam licet in se extensus sit, & partes extra partes habeat, nullum tamen quoad locum extensionem admittit. Vnde neque diuila hostia ipse diuiditur, nec minus ex eo accipit sub minima parte communicans, quam si sub magna communicaret, sicuti docuit Florentin. supra, & Trident. scđ. 13. cap. 3. can. 5. in super afflito ibi, qualis afflito in colo omni scientia, gratia, alisque donis exornatus, quæ Christo gloriose competunt, quia sic decet eius maiestatem. An autem operationes materialium potentiarum principiū exteriorum exerceat? Incertum est, quia haec ex natura rei petunt potentiam quoad locum extensem. At ex diuina virtute verisimile est operationes viuis, & auditus exercere. Etenim sciens Christum Dominum in sacramento existentem non solum intellectu, sed etiam viuis, & auditu corporeo videre adorare, & illius preces audire, pietatem fovere, reverentiam excitat, & amorem conciliat.*
2. *Sic Christus ex suo verbo, & promissione accidentibus panis & vini annectitur, ut ad illorum motionem ipse mouetur, illis vero destructis pereat illius realis præsencia.*
3. *Solum est dubium de mutationibus miraculosis factis an illis non obstantibus Christus sub illis accidentibus, sicuti mutatione perleueret? Etenim ex historiis fide dignis constat sepe sub figura pueri, vel carnis, & sanguinis in sacramento apparuuisse, quæ apparitiones indicant Christum ibidem existere, tamē accidentia panis, & vini videantur mutari.*

Dicen

Dicendum ergo est si mutatio non omnibus appareat, sed aliquibus, Christus Dominus sub sacramento, sicut antea perfeuerat, quia credendum est species sacramentales absque mutatione esse, & apparitionem contingere vel ex mutatione potentia visus representantis rem alter quam est, vel ex mutatione corporis sacramentum circumstantis. Divina enim virtus corpus circunstantia ita mutari potest, & figuram pueri, sanguinis, & carnis aliquibus, & non omnibus referat. Si vero sacramentales species omnibus apparent perfeueranter mutatae, credendum est verè mutatas esse, & consequenter Christum Dominum sub illis non existere. Neque obstat sacramentum, quod sic in carnem, vel sanguinem mutatum est colli eadem adoratione, ac colitur verum sacramentum, quia colitur non in se, & propter se, sed propter Christum, quem eti non contineat, representant, sicut de crucis adoratione dicendum est. Quod si roges, an cum Christus Dominus sub figura pulchri pueri, vel hominis crucifixi appetat in hoc sacramento, verè ipse appetat. Item an sanguis, qui aliquando est sacramentum effusus est, ex veni Christi effundatur, & caro in quam species sacramentales fuerunt conuerte, verè Christi caro sit. Respondeo frequenter in his apparitionibus non Christum, sed colum illius speciem, & figuram esse; aliquando tamen credendum est verè ipsum Christum ostendi in signum sue ardentissime charitatis, & in exercitamentum amoris, & devotionis.

4. Superest dicendum qualiter hoc sacramentum adorari debet? Fide certum est adorari debere interior, & exterior, adoratione laetitia, quia continet Christum Dominum eiusdem excellentie, & dignitatis, ac est in celo, ut latius proficitur Trident. *sess. 13. c. 3. & can. 6.*

5. Dubitan Doctores, an hac adoratio absoluta esse debet, an sub conditione saltem mente retenta, si ibi corpus Christi praesens sit? Nam sapere contingit non esse (tametsi existimet) tum ob defectum ministri, qui verè ordinatus non est, vel intentionem non habuit consecrandi. Tum ob defectum debitae materiae. In qua dubitatione certum credere debet, aut verbis exprimere hanc conditionem in adoratione. Adoro hoc sacramentum adoratione laetitia, se consecratio facta est, non esse peccatum mortale, immo si bona fide, & intentione procedas, nec veniale, quia in huius conditionis appositione nullam sacramentum irreverentiam irrogas, immo lecurus redderis. Verum si procedere, quando non est probabilis ratio dubitandi, neque convenientis est, neque decet, quia minuitur deuotio sacramenti, variisq; scrupulis animus subiicitur, & aliquali pericu lo exponit de fide male sententi, ob quas rationes omnes communiter absque conditione aliqua actuali hoc venerabile sacramentum adorant credentes verum sacramentum consecratum esse, utrumque Christi corpus ibi existere. Nam licet aliquando contrarium contingat, id ratum est, & communem adoracionis modum impedit non debet. Sie Suar. *disp. 65. sect. 2.* Quinimo eo casu actus adoracionis ex bona existimatione, & intentione procedens actus est religiosus, quia religio non expulstus necessario versare circa obiectum speculatori verum, & in se colendum, sed satis est versari circa obiectum practice verum, (hoc est quod secundum prædictas regulas iudicatur vero cultus, & adoracione dignum), tametsi ex accidenti non sit (sub ratione formalis adoracionis) vera. Quod in eo casu contingit. Prudenter enim iudicas esse sacramentum, sequitur tibi adorandum proponitur, & prudenter illud adoras. Nam ictu in se spectaculo nulla adoracione dignum sit, est tamen dignum, prout tibi representatur, & secundum rationem formalem, sub qua adoracione qua est dignitas Christi, qui verè, & realiter existit, tametsi in illa hostia non existat.

6. Hanc inferes sacerdotem simularem, celebrationem, cum tamen non celebret grauissime peccatum, quia ponit adorandum maieriam nulla adoracione dignam; periorique conditionis esset eo, qui scienter in peccato celebraret, sicuti habetur cap. de nomine de celebrat. missar. Et tradit Henr. lib. 8. cap. 33. & addit aliis relatis idem esse dicendum de eo qui peccatori occulto hostiam non consecrata sumendum porrigere, liquidem proponit adorandum priusquam sumendum. Verum si proponeret hostiam adorandum tam alij, quam ipsi sumenti, postea vero, quando manu admoueret ori peccatoris, illam mutaret, eisque præmonito datus hostiam non consecratus, aliquibus videatur non committi grave peccatum, quia neque ipse, neque alij adorant. Sic Bonavent. in 4. dist. 9. Albert. Magn. *disp. 13. art. 20.* Adrian. *quodlib. 3. art. 3.* Henr. *dicto cap. 33.* Sed contrarium omnino tenendum est cum D. Thom. 3. p. *quaest. 80. art. 6. ad 2.* Alenf. *Palud. Richard. Soto.* & aliis quo teferi, & sequitur Suar. *disp. 67. sect. 4. ad 3.* probatur ex Innocent. III. in cap. de homine de celebrat. missar. vbi in hoc propositum dicit falsa esse abiencia remedia, que veris periculis sunt grauiora, illa enim est perniciosa fictio,

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I V.

siquidem gestu, verbis, & factis affirmat sacerdos esse sacramentum quod non est, & idolatria exerioris periculum ingredit, tum respectu ipsius hominis præmoniti, qui suuendo illam hostiam flexis genibus actu adoracionis elicet. Tum respectu adstantium, qui licet non videant; adorant tamen, quod alteri darur. At intrinsecus malum est proponere creaturam adorandam ut Deum, quem nullo modo Deum continet. Ergo non licet sacerdoti hostiam non consecrata pro confectata alteri tribuere, vel ipsem suuere.

7. Secundò infers quories sacrificium offers, vel communica debere hoc sacramentum adorare, & revereri, quia tibi adorandum proponitur, similiter quando à Sacerdote elevarunt in Missa, aut ad infirmum defertur, vel alio modo ribi prefens occurrerit, debes adorare, sicuti cauerit cap. *sane de celebrat. missar.* Quod si aliquando hanc adoracionem ob negligientiam omittas leculo (scandalum), non videris graue peccatum commissumus ob levitatem materiae teste Suar. *disp. 65. sect. 1. in fine.*

8. Tertiò infers facilegium esse irreuerenter hoc diuinissimum sacramentum tractare; tractatur autem irreuerenter, si corporalibus, vasis, vestibusque immundis variis in illius confectione, aut si incavet custodia, ut ad corruptionem deueniat, vel ab hostibus irreuerenter tractetur, cap. *sane de celebrat. missar.* Nulla tamen est ipso iure pena imposta, sed imponenda.

9. Ad reuerentiam, & cultum tanti sacramenti, & fidelium solarium conductit primò mos ab Ecclesia retentus, asservandi hoc sacramentum claus observatum in sacario cuiuslibet Ecclesiae parochialis, iuxta texum in cap. *sane de celebrat. missar.* & Trident. *sess. 13. cap. 6. & can. 7.* Secundò conductit, ne possit alius à Pontifice licentiam concedere alterius hoc sacramentum extra Ecclesiam parochiale, & reliquorum domum, quia frequenter alibi asservari non potest ea decentia, & honestate qua pat est. Sic ex congregat. Cardinal. referunt prax. noua Episcop. 1. p. cap. 3. num. 23. Marc. Anton. Genuen. in praxi Archiepisc. Neapolit. cap. 92. alias 110. Aloys. Riccius collect. decij 4. p. collect. 126. & in praxi fori Ecclesiast. post. refolus. 495. in nosabilit. in materia Episcop. ed. 2. Augustin. Barbo & predicatoris referens de pore Episcop. 2. p. allegat. 25. num. 8. Tertiò conductit, ne sacramentum Eucharistia asservetur in choro Monialium, & non in publica illarum Ecclesia, iuxta Trident. *sess. 25. cap. 10. de Regularib. in fine.* Aduerterit tamen Man. 1.1. *quaest. regul. quaest. 47. art. 4.* post. med. non delinqui aduersus hanc prohibitionem, si simul in Ecclesia, & in choro Monialium habeatur. Sed contrarium credo dicendum. Concilium enim videtur intendisse prohibere consuetudinem asservandi Eucharistiam extra Ecclesiam. Quartò conductit ad tantum sacramentum cultum, ne publicè deferatur absque lumine, ad quod credo sub obligatione gravi parochium astringi, quia sic cauerit in dicto cap. *sane de celebrat. missar.* & tradit prax. Episcop. 1. p. verbo Eucharistia. §. 2. Eman. Saà *codem num. 34. edit. Rom.* Notanter dixi publicè. Nam tempore pestis, & cum infirmus longè abiit ab Ecclesia, scilicet per leucam secreto in sinu Sacerdoti deferri poterit. Deinde est laudabilis confutatio, ut ante sanctissimum Eucharistia sacramentum sit die, nocte quod lumen accensum, quod licet nullo iure scripto preceptum sit, obseruari tamen debet quad fieri possit. Eman. Saà, verbo Eucharistia num. 34. Nauart. de horis canon. cap. 18. num. 67.

P V N C T V M IX.

Qui sint huius Sacramenti effectus.

I. §.

Expenditur primarius Sacramenti effectus.

1. Primarius Eucharistia effectus est gratia augmentum.
2. An aliquando primam gratiam conferat? Negant plures.
3. Probabilis est oppositum.
4. Diluitur contrarium fundamentum.
5. Quando superadictum gratis effectum communicet Eucharistia.
6. An pluribus abundantior gratia conferatur, quam unius tantum sumptione? proponuntur aliquæ certa.
7. Si augera in secunda bofia sumptione dispositionem, afflant plures abundantiori gratiam concidi.
8. Probabilis est oppositum.
9. Soluitur fundamentum contrarium.
10. Sacramentum dum in stomacho perfeuerat, non augerat gratiam ex opere operato.
11. Communicans sub utraque specie an recipiat abundantior rem gratiam? Negant plures.